

PUBLIUS.

MVtius quidam fuit inuidi & ini-
qui animi, qui æquè alienis bo-
nis & suis malis torqueretur in-
gemisceretque: hunc molestiorem so-
lito cernens Publius, ita iocatus est: Aut
Mutio nescio quid mali accidit, aut cui-
piam nescio quid boni.

SERVVS QUIDAM.

Post obsidionem Murinensem, fugiens
Antonius, seu naturali horrore seu cor-
poris exhaustus virib. creberrimè bibe-
bat subsistebatq; per singulos passus, ubi
bibèdi facultas afforet, mox fugā præci-
piti cōsternatione resumebat, interroga-
tus vnus ex familiarib. eius, quidnam An-
tonius ageret? Respondit: quod canis in
AËgypto, bibit & fugit: certum est enim,
canes AËgyptiacos crocodilorū contactu
anxios, atque lymphaticos fugere & bi-
bere.

SVTOR QUIDAM.

Plancus Mæuiam Gallam vxorem ha-
buit, non satis probati nominis fœmi-
nam: cum autem amici causam agentis,
testis ex aduerso Sutor processisset qui-
dam, putans Plancus vilitate officij re-

i. ij.